



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae

Diertins, Joseph

Solisbaci, 1708

Med. 5. Ejusdem Myst. punct. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

REFL. Consideremus, quæ nostræ sint partes, quando hæc cognoscimus.

VOL. Optemus nos quoque agere, & pati Christi causâ, qui ita dilexit nos.

COLLOQ. Conforme meditationi de tribus hominum classibus.

RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

MEDITATIO V.

De mysteriis post cœnam & in horto gestis.

Matth. 26. & Marc. 14.

Myft. punct. 2.

CONG. Dum surgimus, ad Christo compatendum, nos incitare, sicut supra dictum est.

PRÆL. I. Christus ductis secum tribus Discipulis, in agoniâ prolixius orat, ter idem dicens.

PRÆL. II. Inspecere locum orationis.

PRÆL. III. Petere gratiam, ipsius exemplo, bene orandi, & patiendi.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Aspicere Christum in terram prostratum ad orandum. *Procidit in faciem suam orans.* Matth. 26.

INTEL. Docemur hic reverenter orare. REFL. Patet, quid nos deceat peccatores, dum oramus.

VOL. Nos quoque prostrati ducamus cum Abraham. Gen. 18. *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.*

PUN-

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Christus orat: *transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matth. 26.

INTEL. Perpendamus illam resignationem. **REFL.** Nos hæremus in secunda classe hominum, volentes. *Deum potius trahere ad votum proprium.*

VOL. Excitemus affectus proprios tertiæ classis

PUNCTUM III. OPERA. MEM. Christus post primam orationem, *venit ad discipulos suos & invenit eos dormientes.* Matth. 26.

INTEL. Interrumpit orationem, ut suos visitaret. **REFL.** Nos quoque ex charitate decet orationem interrumpere interdum.

VOL. Excitemus actum charitatis erga proximum, eamque ordinatam. *Ordinavit in me charitatem.* Cant. 2.

PUNCTUM IV. QUID PATIATUR. MEM. Christus *factus in agoniâ prolixius orabat.* Luc. 22.

INTEL. Æstimemus magnitudinem doloris, ex cognitis injuriis præsentibus, & tormentis usque ad mortem futuris; unde jam nunc versatur in agoniâ. **REFL.** In tot meditationibus agnovimus illum pro Duce & Rege nostro; cogitemus igitur quid nobis hic debeat esse animi.

VOL. Testemur hunc esse animum nostrum, hoc desiderium libenter cum Christo, & ex amore Christi pati. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* 1. Pet. 2.

PUNCTUM V. QUID DIVINITAS. MEM. *Apparuit, autem illi Angelus de Cælo confortans eum* Luc. 2.

INTEL. Divinitas hunc Angelum misit, ut confortaret, non ut liberaret à passione. **REFL.** Nos vellemus liberari sæpe à patiendo, non tantùm confortari.

VOL. Iterum hîc exerceamus nos in tertia classe hominum.

PUNCTUM IV. QUID NOS. MEM. *Redeat in memoriam agonia.*

INTEL. *Causa tanti doloris fuit, ut peccatis mortui, Justitia vivamus.* I. Pet. 2. **REFL.** Cogitemus quid nos peccatores facere debeamus, quando ipse pro peccatis nostris tanta patitur.

VOL. Per veram pœnitentiam interiorem satisfaciamus, & etiam per exteriorem pro peccatis nostris, & patiamur cum illo, *qui peccatum non fecit.* I. Pet. 2.

COLLOQ. Conforme meditationi de tribus hominum Classibus. **RECOLLECTIO.**